

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra p
cum fonte primo

De scripturis disputantem non
debet Aristotelis argumenta conquirere,
nec ex flumine Tulliane eloquencie
ducendus riuulus, nec aures
Quintiliani flosculis et scolari
declamatione mulcende, sed pedestris
et cotidiane
similitudinis et nulla lucubratione
redolens oratio necessaria est
que rem explicat, sensum edisserat,
obscura manifestet.

Ieronymus in epistola ad Damassum
papam.

Scio haec molesta esse lectori, sed
de Hebraeis litteris disputantem non
debet Aristotelis argumenta conquirere
nec ex flumine Tulliano eloquentiae
ducendus est riuulus nec aures
Quintiliani flosculis et scolari
declamatione mulcendae. Pedestris
et cotidiane
similis et nullam lucubrationem
redolens oratio necessaria est,
quae rem explicet, sensum edisserat,
obscura manifestet,
non quae uerborum compositione
frondescat sint alii disertis, laudentur, ut
uolunt, et inflatis buccis spumantia uerba
trutinentur: mihi sufficit sic loqui, ut
intellegar et ut de scripturis disputans
scripturarum imiter simplicitatem.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 36,
14, 1-2 (CSEL 54, I. Hilberg ed.,
pp.280-1, ll.13-19, 1-3).